

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Secunda Secundæ Et Tertia Pars Divi Thomæ Complectitvr -
Qvæstiones Insper Ad Mores, & praxim spectantes, maximè circa
Sacramenta, accuratè declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1664

Sectio I. Inquiruntur quædam circa orationem Christi: ubi, an pro nobis
nunc oret in cœlo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13826

DISPUTATIO QUINQUAGESIMA OCTAVA.

De Oratione Christi.

SECTIO PRIMA.

Inquiruntur quædam circa orationem Christi : ubi an pro nobis nunc oret in cœlo.

I.
Quid sit oratio.

 RATIO, ut docet S. Thomas 2.2. quæst. 83. art. 10. est actus inferioris deprecantis superiorum, ut se adjuverit; unde manifestè deducitur, si Christus esset tantum Deus, non posse ipsum orare; Deus enim nec re aliquâ indiget, nec superiorum habet, cui reverentiam exhibeat, quare nec una Persona Divina potest ad alteram orationem dirigere, cum omnes aequales sint, & eodem intellectu, voluntate, & potentia operentur.

II.
Christum, dum in hac vniuersitate mortali viverabatur, & pro se & pro nobis orasse certum est.

De humana ergo Christi voluntate est sermo, qua & superiorum habet, & ope indiget. De hoc ergo queritur primò: Utrum Christum dum cum hominibus in terris versaretur aliquando oraverit. Circa hoc dicimus Christum in hac viti & pro se, & pro nobis verè orasse: Conclusio est communis, & variis Scriptura sacra locis probata, Luke enim c. 6. v. 12. dicitur: *Exiit in montem orare: & erat pernoctans in oratione Dei;* Luke etiam 22. v. 32. *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat Fides tua;* Joan. 17. v. 11. *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.*

III.
Obiec. Non videtur posse Christi mensem de revo ad Deum ascendere.

Dices: Oratio est ascensio mentis ad Deum; mens autem Christi non poterat de novo ad Deum ascendere, cum à primo conceptione instanti fuerit per visionem beatam & amorem semper Deo conjunctissima. S. Thomas hic, art. 1. ad 3. ad hoc argumentum sic respondet, per ipsam visionem beatam potuisse Christum orare, in quantum scilicet per ea quæ vidit in Verbo, moveri potuit ad actus charitatis circa proximos exercendos, & ad aliquid à Deo pro iis postulandum. Secundò dici potest: Christum per novos actus scientiae infusa potuisse mente in ad Deum denuo elevare, & res quascumque pro se, aut nobis petere.

IV.
Vtrum Christus pro nobis nunc oret in celo.

Major difficultas est circa secundum quod hic discuti solet, nempe an Christus pro nobis nunc oret in celis. Affirmat Suarez Disp. 45. sect. 2. Primò, quia hoc in Scripturâ claram affirmari videtur, Joan. enim 14. ait Christus discipulis, *Ego rogaro Patrem, & alium Paracletum dabit vobis:* ad Rom. 8. *Christus JESUS qui mortuus est, imo qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Unde S. Augustinus in prefatione Psalm. 85, sic habet: *Oratur in formâ Dei,*

orat in formâ servi, oras pro nobis, orat in nobis; & oratur à nobis, &c. Hanc sententiam tenet S. Bonaventura, Abulensis, Toletus, & alii, apud Suarium citatum, & videtur expressa mens S. Thomæ in 4. Distinctione 15. quæst. 4. art. 6. ad primum, & alibi.

Rationes pro hac sententiâ sunt primò, quia oratio Christum non dedecet, vel namque cum dedecet ut Deus est, vel ut beatus, non primum, quia non orat ut Deus, sed ut homo, alioquin nec in torris orasset: nec etiam dedecet secundum, etum quia reliqui Beati pro nobis orant nunc in celo, tum quia non est incompossibilis status impossibilitatis cum oratione. Deinde Christus in celo alias actus religionis exercet circa Deum; illum enim laudat, gratias agit, &c. quidni ergo & cum pro nobis oret.

V.
Actus orationis nullus modo Christum dedecet, etum quia reliqui Beati pro nobis orant nunc in celo, tum quia non est incompossibilis status impossibilitatis cum oratione.

SECTIO SECUNDA.

Sententia negans Christum pro nobis nunc orare in celo.

CÖNTRARIUM tenet Valsquez hic, Disp. 82. I.
c. 2. securus Rupertus, qui acerrimus est in hoc defendendo. Afferunt ergo hi Auctores Christum in celo existentem pro nobis, agere ad vocatum, &c. non orationes illas fundendo, nobis nunc orare, sed solum ostensione vulnerum, & merita sua antiquâ Patri repræsentando: quo etiam modo loquuntur Patres aliqui, ut S. Gregorius, S. Ambrosius, & alii: & hæc est prima probatio hujus sententia.

Respondeo tamen: licet Patres dicant Christum non orare per servilem corporis prostrationem, & lacrymas, quod dicunt statum beatitudinis dedecere, aliqui tamen ex iis, ut S. Ambrosius, expresse docent eum rogando & obsecrando Patrem interpellare, ergo non merita ostensione vulnerum, nec sola representatione meritorum præteriorum, nisi aliqua nova oratio addatur. Nonnulli verò ex Patribus solum negant Christum orare ut Deus est.

Secundò hoc probat Valsquez: si enim Christus in celo oraret mereretur, cum omnis oratio videatur meritum aliquod includere, praesertim si sit efficax, & impetraret id quod postulat. Respondet: meritum connotare opus factum in viâ, quæ conditio si desit, esto impetraret quod petit non erit meritum, quod à fortiori urget in principiis Valsquez, qui ait, viam esse essentia liter requisitam ad meritum.

II.
Quo sensu nonnulli ex SS. Patribus negant Christum pro nobis in celo orare.

III.
Dices: Si Christus in celo oraret, mereretur.